



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Stephani papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Eturifumus examine si sermonū eius veritatē cōfundimur p̄dicare. Quid erit de nobis cū de cōmissis nobis aiabus, & de officio suscepto rōnē iustus iudex. Christus dñs noster districtā exegerit. Ideo fr̄s hortor dilectionē v̄ram obtestor & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad iueſtigādos hereticos, & inimicos sanctæ dei Ecclesiæ, & à sanis mētibus ne peſtis hæc latius diuulget, seueritate, qua potestis, p̄ viribus extirpetis. Qm̄ vt habebit à deo dignæ remuneratōis p̄m̄iū q̄ diligētius qd' ad salutē cōmissæ sibi plebis p̄ficiat, fuerit executus, ita añ tribunal dñi de reatu negligētie se nō poterit exculare q̄cūq; plebē suā cōtra sacrilegę p̄suasiōis auctores noluerit custodire. Data Calē. Aprilis Gallio & Volufiano, IIII. CC. cōcess.

Decreta Stephani pape.



ILECTISSIMO fratri atq; familiari amico Hylario Stephanus

Ep̄s intīmæ charitatis salutē. Quāq; sperē dilectionē tuā ad omne opus bonū esse deuotā, tamē pro familiaritate qua nobis cōiunctus esse cognosceris, vt tua efficaci or fiat industria, cōgruū nobis v̄sum est, has fraternitatis l̄ras tuę dilectioni debere dirigere. Monemus te charissime semp̄ in bonis manere, & à malis cauere. Cū bonis & rectæ fidei ac sanctæ conuersatōis hoibus assidue eē, & à p̄uersis ac fratrum insidiatoribus (nisi vt eos conuertas, & ad concordia reducās) separari. Qm̄ (vt ait Apostolus) corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et ip̄a p̄ se veritas dicit: Si oculus tuus scādalizauerit te, erue eū

A
Anno dñi
261. hic des
struxit tēs
plū Dar
Galera
no 2 Bale
no iperāt
b^o vt dicit
Haucke^r.

& projice abs te. Et si manus tua scādalizauerit te, abscinde eā, & projice abs te. Silt & de pede agēdum est, q̄ melius est tibi luscū aut claudū intrare in regnū celoz; q̄ duos oculos, aut duas manus, aut duos pedes habētē mitti in gehēnā ignis. Et in Ecclesiastico inueniet libro. In bonis viri inimici illius, in tristitia vero & in malitia illius, amicus agnitus ē. In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiat, vt subuertat te in foueā. Et q̄ tetigerit picē, inquinabit ab ea. Et q̄ cōcauerit supbo induet supbia, p̄dus sup se tollit q̄ honestiori se cōicat, ditiori te ne fueris socius. Quid cōcabit cacabus ad ollā? Quādo se colliserint, cōfringet. Diues iniuste ager & fremet, paup̄ aut latus tacebit. Si largitus ei fueris, assumet te, & si nō habueris, derelinquet te. Si habes, cōiuet te cū, & euacuabit te, & ip̄e nō dolebit sup te. Si necessarius illi fueris, supplāta bit te, & subridēs spem, dabit narrās tibi bona, & dicet: Quid opus ē tibi? Et cōfundet te in c̄tibus suis, donec te exinaniet bis & ter, & in nouissimo deridebit te. Postea vidēs derelinquet te, & caput suū mouebit ad te. Humiliare deo, & expecta manus eius. Attē de ne seductus in stultitia humiliaris. Noli eē humilis in sapia tua, ne humiliatus in stultitia seducaris. Aduocatus à potētiore discede, ex hoc em̄ magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne ipingaris, & ne lōge sis ab eo, & eas in obliuionē. Ne retineas ex equo loq̄ cū illo, & ne credas multis verbis illius. Ex multa em̄ loquela tētabit, & subridēs interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius cōseruabit verba tua, & nō parcat de malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attē de diligētē auditui tuo, qm̄ in subuersiōe tua ambulat. Audiēs vero illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Om̄i vita tua dilige deū, & inuoca eū in salute tua. Om̄e añal diligit sile sibi, sic & ois hō p̄ximū sibi. Ois caro ad silem sibi coniūgit, & ois hō sili sibi sociat. Si cōcabit lupus agno aliqñ, sic p̄cōr iusto. Quæ cōicatio sc̄tō homini ad canē, aut q̄ pax bona diuiti ad pauperē, venatio leonis onager in heremo, sic pascua diuitū sunt pauperes. Et sicut abominatio ē supbo hūilitas, sic execratio diuiti paup̄. Diues cōmotus cōfirmat ab amicis, humilis at cū ceciderit, expellet & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores, locutus ē supba, & iustificauit illū, hūilis deceptus ē, & isup arguit, locutus ē sensate, & nō ē dat^o ei locus. Diues locutus ē, & oēs tacuerūt, & verbū illi^o vsq; ad nubes p̄ducēt. Paup̄ locutus ē, & dicūt: Quis ē hic? Et si offenderit, subuertūt illū. Bona est substātia, cui nō ē p̄c̄m̄ in cōscia, & neq; s̄tima paup̄tas in ore ip̄i. Cor hois imutat faciē illius, siue in bona, siue in mala. Vestigiū boni cordis, & faciē bonā difficile iuenies & cū labore.

¶ Hæc frater caue tibi, & post cōcupiscētias tuas nō vadas. Qd̄ vero consuluisti sedē Apostoli cam qui sunt infames, aut q̄ ad gradus Ecclesiasticos nō sunt admittēdi, & nosse te credimus, & p̄ autoritate sedis Apostolicæ te infor mare nō denegamus. Infames aut eē eas p̄sonas dicimus quæ p̄ aliqua culpa notant infamia, i. oēs q̄ Christianæ legis normā abiciūt, & statuta Ecclesiastica contēnunt silt fures, sacrilegos, & oēs capitalibus criminibus irretitos. Sepulchroz; quoq; violatores, & ap̄oz; atq; successoz; eoz; reliquoz; q; p̄m̄ statuta libētē violātes, & oēs qui aduersus p̄ses armanf, q̄ in omni mundo infamia notant. Silt inestuosos, homicidas, periuros, raptos, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugiētes. Et q̄ idigna sibi petūt loca tenere, aut facultates eccl̄iæ abstrahūt iniuste, & q̄ fr̄s calumniant, aut accusant, & nō p̄bāt, vel

Decreta Stephani pape.

qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel p suis sceleribus ab Ecclesia pulsos, & oēs quos Ecclesiastica vel seculi leges ifames pnuntiant, Hos vero non ad sacros ordines licet pmouere, nec seruos añ legitimā libertatem, nec pœnitētes, nec bigamos, nec eos q curiæ deseruiūt, vel q nō sunt integri corpe, aut suā nō habēt mentē, vel intellectu, aut inobediētes sanctorū decretis existūt, aut furiosi manifestant. Hi oēs nec ad sacros grad^o dāt puehi, nec isti, nec liberti, neq; suspecti, nec re cta fidē vel dignā conuersationē nō habētes, summos sacerdotes possunt accusare. Sed & qualr obediētia vel reuerētia sit ppositis exhibēda, ext uis quoq; subiectis ipse nō ambigis, in qua re valde ē vtile, si id qd' disciplinæ vigor imponit, nullo cogēte humilitas laudanda seruauerit. Omnipotēs deus in cuius manu sunt oia, de quo scriptū est, nō est sapia, nō est prudētia, nō est cōsiliū contra dñm, ipse te, tuosq; & diuina, & Aplice sedis instituta illibata seruare, & ad potiora semp cōscēdere & de die in diē deteriora cauere, & meliora ac deo placita sectari atq; p̄ficere concedat.

C ¶ Vestimenta vero Ecclesiastica qbus dño ministrat, cultusq; diuinus omni cum honorificētia, & honestate à sacerdotibus reliquisq; Ecclesiæ ministris celebrat, sacrata debēt eē, & honesta. Quibus alijs in vsibus (cum deo eiusq; seruitio consecrata, & dedicata sint) nemo debet frui quam Ecclesiasticis & dignis officijs. Quæ nec ab alijs debēt cōtingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus, ne vltio quæ Balthasar p̄cussit sup hæc trāsgrēdiētibus, & talia p̄sumētibus veniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ vltōis iustū flagellū ad ima. Hæc illis partibus qbus moraris & in oibus qbus potueris cunctis nota facito, & obseruare apostolica mandato autoritate, qā & nostri nobisq; commissi in sancta Apostolica, & vñ Ecclesia omnes hæc obseruare, nunc & futuris t̄pibus professi sunt. His breuiter tuis frater magnifice r̄h̄di lris. Quibus tua dilectio ita societur, vt nihil in his quæ ad vniuersalis ecclesiæ statum p̄tinēt, aut dubie agat, aut segniter. Et cum tali moderatione agant cuncta, vt nec negligētia partes, nec iustitiæ negligant, sed absq; p̄sonæ acceptione diuinum in omnibus iudiciū cogitet. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri catholicæ primitus seruet fidei integritas. Et quia p̄ oīa angusta & arcta via est quæ ducit ad vitā, neq; in sinistra, neq; in dextram ab eius tramite deuiet. Data qnto nonas Maij Valeriano & Gallicano, IIII, consulibus.

Item Epistola Stephani pape: de accusationibus sacerdotum.

D **S**TEPHANVS sanctæ Aplice & vñ Romanæ Ecclesiæ ep̄s, oibus p̄ diuersas puincias constitutis ep̄is in dño salutē. Plurimū gaudemus in dño, & in dono gr̄æ ipsius gloriamur, qd' fides vestra p̄ bona opa creuit magnifice, & dilatata amplissime. Sed nimis affligimur, & tribulamur de vestra oppressione sup qua crebrior commēntiū vsq; ad nos fratrum sermo platus est. Non oportuerat quidem ab illis à qbus sustētari, & portari, & honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessariū est, vt remotis talium tergieratōibus, qbus venenosa malitia reuelari, atq; obscurari bonitas & veritas solet, adminiculū nō modicū vobis à fidebus impēdat, atq; ab hac Aplice sede suffraget, quos p̄ diuinā grām Chri auxilio dignū est adiuuari, ne in totius Ecclesiæ p̄turbationē imprudēs p̄cedat intētio, & ea quæ à sanctis p̄decessoribus nris, & reliqs sanctis p̄ribus dudū fuerāt phibita, denuo reuiuiscāt. Loci nāq; nri cōsideratōe compellimur ea quæ ad notitiā nostrā emēdanda puenerant, p̄pter dñm nō derelinquere, sed digna emēdatōe corrigere. Et si secularibus officijs ordo suus & tradita à maioribus disciplina seruāda est, q̄s ferat Ecclesiasticos ordines temeraria p̄sumptōe cōfundit, audita negligere, & emēdanda nō opē ferēdo postponere? Audiuimus em̄ vos à qbusdā accusari nō tam p̄ vñ culpa, q̄ pro eorū libitu, vt vñ rapere possint, & ideo vos nimis affligi & cōcuti, intantum vt etiā à sedibus pprijs pellamini, & tali occasiōe Ecclesiæ facultates vñq; vastent ac dep̄dent. Ista charissimi nō oportet fieri, nec denuo replicari. Tamē necesse est quæ toties vsurpant, s̄p̄ius replicent, & phibeant. Nam qcqd in sacratis deo rebus & ep̄is iniuste agit pro sacrelegio reputabit, qā sacra sunt, & violari à quoq; nō debēt. ¶ Nullus em̄ ep̄os dū suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede ppria qualibet occasiōe pulsus debet accusari, aut à quoq; ei p̄t crimē obijci, priusq; integerrime restauret, & oia quæ illi ablata quocūq; ingenio fuerāt, legibus reintegrent, & ipse ppriæ sedi & pristino statui regulariter reddat, ita vt oēs possessiones, & cuncta sibi iniuste ablata, atq; fructus oēs añ cēptā accusationē primates & synodus ep̄o de q̄ agit funditus restituāt, qā hoc nō solū ecclesiastice, sed etiā seculi leges fieri phibēt. Neq; aliqs eorū aut Ecclesiæ authorū vel defensorū ad aliqs prius accusari debet q̄ ipsi charitatiue bis, & ter ab eis q se lætos & stimāt, vel eos p̄ aliquibus erratibus corripere cupiūt, cōueniant, vt ab eis aut familiarē

miliarē emēdationē, aut iustam p̄cipiant excusationē. Quod qui p̄sumperit liminibus arceat ecclesię vsq; ad condignā satisfactionē. Accusatores vero & accusatōes quas seculi leges non recipiunt, & antecessores n̄ri phibuerunt, & nos submouemus. Nullus em̄ alienigena aut accusator eorū fiat aut iudex. Vnde & de Loth scriptū est, ingressus es vt aduena, nunq; vt iudices? Accusator aut vestrorū nullus sit seruus aut libertus, nullaq; suspecta p̄sona aut infamis. Repellant etiā cohabitantes inimici, & oēs laici quia infestationē blasphemię affectio amicitię incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, q; vos in sua volunt recipere infamatione. Nullus em̄ anathema suscipiat, nec à quoq; credant que ab eis vel dicunt vel conscribunt. Eos quoq; dico anathematizatos esse, quos ep̄i suis scriptis anathematizauerūt, aut eorū statuta anathematizant. Per scripta em̄ nullius accusatio suscipiat, sed pp̄ria voce si legitima & condigna accusatoris p̄sona fuerit, p̄ntē videlicet eo quē accusare desiderat, q; nullus absens aut accusari p̄t aut accusare. Nullus t̄n p̄fati ordi vir accusari p̄t, aut r̄ndere suis accusatorib; debet, priusq; regulariter à suo primatē vocat; sit, locūq; defendēdi & ingredi accipiat ad abluēda cr̄i. Nulli em̄ metropolitani aut alij ep̄i appellant primates, nisi q; primas sedes tenēt, (mina. A & quorū ciuitates antiqui primates esse c̄suerunt. Reliqui vero q; c̄teras metropolitanas ciuitates adepti sunt, non primates, sed aut archiep̄i, aut metropolitani vocent. Vrbes em̄ & loca quibus primates p̄sidere debēt, non modernis, sed etiā multis ante aduentū Ch̄ri sunt statuta; tribus, quorū primates etiā gentiles p̄ maioribus etiā negotijs appellabant. In ipsis vero vrbibus post Ch̄ri aduentū Apostoli & successores eorū p̄farchas vel primates posuerunt. Ad q̄s ep̄orū negotia salua in oībus Apostolica autoritate, & maiores causę post Apostolicā sedē sunt referēda. Et licet (Apostolo phibēte) inter Ch̄rianos non debeant accusatōes exerceri, sed si phiberi non potuerunt accusatōes ep̄orū ad memoratos primates debēt ab accusatoribus deferri. Studendū est tamē ep̄is, vt dissidētes fr̄es magis ad pacē q; ad iudicium coercean̄. Ep̄us aut aliter non debet audiri aut iudicari, nisi in p̄ntia omniū comprouincialium, & ab oīnibus comprouincialibus ep̄is, q; ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quę vero p̄sonę ad accusationē eorū non sunt admittēda, & superius ex parte dictum est, & latius tam hi q; & infames p̄sonę, in ep̄istola quam dudū Hilario misimus, sunt annumerata. Ultra p̄uincia verō terminos accusandi licētia non progrediat, sed oīs accusatio intra p̄uincia audiā, & à comprouincialibus terminet, nisi ad apostolicā sedē fuerit t̄n appellatū. Et neganda ē accusantibus licentia criminandi priusquam se crimine quo p̄munt exuerint, quia non est credendū contra alios eorū confessioni q; criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocētes qm̄ periculosa est, & admitti non debet, rei aduersus quemcunq; confessio. Familiars vero & sponte confessi atq; sceleribus irretiti non debēt admitti, nec hi q; hesternā die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. Clericus ergo q; ep̄m suū accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, q; infamis effectus ē, & à gradu debet recedere, aut curię tradi seruiturus. Laicis quoq; quauis religiosi sint, nulli tamē de Ecclesiasticis facultatibus aliqd disponēdi legit vnq; attributa facultas. Scimus dilectissimi, q; semp̄ carnales spirituales solent p̄sequi, & maleuoli beneuolos infamare & lacerare. Ideoq; Apostoli & successores eorū ac reliqui sancti p̄fes noluerunt fieri facilē ep̄orū accusationē, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inueniret Throni em̄ dei vocant, ideo non debent moueri, aut affligi, vel p̄turbari. De ipsis ergo ait Propheta: Celi enarrāt gloriā dei, & opa manū eius annūtiat firmamentū. Hi vero q; non sunt bonę conuersationis, & quorū vita est accusabilis, aut quorū fides, vita & libertas nescit, non possunt eos accusare. Primo semp̄ accusatorū p̄sonę, fides, vita, & conuersatio est enucleatim inquirēda, & post ea quę obijciunt fideliter sunt pertractanda, q; nihil prius fieri debet, q; impetitorū p̄sonę fidesq; vita & conuersatio diligenter discutiant, ne alicuius inuidia, aut inimicitia vel intentione mala quisquam vexetur.

¶ Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi q; læ B dendi aut infamandi. Vnde ait apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Ch̄ri. Charitas aut non est ambitiosa, non æmulat, non inflat, non querit que sua sunt, sed que Iesu Ch̄risti. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et q; in deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adiuuare, & sustentare, sicut ipse dominus omnes venit saluare, & animam suam dare in redemptionem pro nobis. Eorū aut accusandi sacerdotes vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & diuinis vocibus dānatos vel mortuos ēē agnoscimus. Præuidere ergo summo opere debēt omnes q; sacerdotes domini persequuntur tam occulte q; manifeste, ne subiectis domini damnent p̄ceptis. Per Hieremiam aut prophetam talibus comminando d̄ns loquit, dicēs: Iniquitates nostrę declinauerunt omnia, & peccata n̄ra amouerunt bona à nobis, q; inuenti sunt in populo meo impij, & loquētes vana. Statuerūt ad disperdēdos viros, & comprehenderūt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorū plena

Epistola Stephani pape.

plena dolo. Et p David ait: Qui cogitauerūt malitias in corde tota die verfatī sunt in filijs. Exacuerunt linguas suas sicut serpētes, venenum aspidum sub labijs eorū. Et paulopost: Cadent sup eos carbones, in igne deiciēs eos in foueas, vt nō cōsurgāt. Vir linguosus nō diriget in terra, vīz: iniustū mala capiēt in interitu. Scio qā faciet dñs causam inopis, iudicia pauperū. Item idē: Muta fiant labia dolosa. Et iterū p Hieremiā inqt: Oēs in sanguine iudicanf. vnusq; p-ximū suum tribulat: oēs in malū manus suas pparant. Hos dñs puidēs apfīs pcepit, ne facile serui sui lacerarent, ne forte pderent, aut in talē tentationē inciderēt, quam ferre minie possent. Idcirco sancti Apostoli & successores eorū decretoꝝ normas statuerunt, ne talium vox (quæ magis pdere nitit innocētēs & simplices quàm saluare) facile reciperet, sed ipsi his iaculis pellerent procul, & dñi discipulos iuxta voluntates & veritates eorū minime pdere possent. Vnde & ipse dñs ait: Excute puluerē de pedibus vris in testimoniu illis. Et alibi ipsa p se veritas de talibus dicit: Melius est illi, vt suspēdat mola asinaria in collo eius, & demergat in pfundū maris, quàm scandalizet vnū de pusillis istis. Et Iacobus apostolus inqt: Iudiciū sine mīa fiet illi, q non fecerit mīam. Qua enī fronte qspēdōꝝ suorū veniā sperat à deo fe impētatuz, qui delinquenti fratri nihil p pietatis & clemētiz officium vult condonare: Profecto necesse ē vt æstimet se talē in iudicio deum expertuz: (cum aī iusti iudicis tribunal fuerit constitutus) qualē se fratri suo exhibuerit. Nam qua mēsurā mēsi fuerimus, eadē remeriet nobis. Et Iohannes Apostolus & Euangelista ait: Qui odit frēm suum homicida est. Et scitis qā omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

C Vos tñ filij charissimi hortamur vt patiēter mala vobis illata dñi admiculo portetis, & his Apfīs pceptis tales pcul pellite, ne more canino vos lacerare, aut mordere valeāt. Memēto te etiam qā iuxta psalmographi vocē, hō sicut fœnū dies eius, & vt flos agri ita foret. Et Apfīs ait: Totus mūdus in maligno positus ē. Vnde pcamur ne tales multū timeatis, qā infames sunt & nō multū vobis nocere possunt, qā eorū vox extincta ē, qm̄ sic odit deus eos, q aduersus patres armant vt pfm̄ inuasores, q in omī mundo ifamia sunt notati. Armamini ergo his apfīs admuniculis cōtra eos, & spū principali roborate corda vra, vt deus q vos pastores in populo suo vocari voluit, nō negligētēs aut tepidos lupis supueniētibus fugiētēs inueniat, sed exēplo boni pastoris agnos pariter cū mribus & filijs ac filiabus viriliter defensantes, atq; ad sanctam mēm ecclesiā fidelit reportantes semp inueniat. Et quanq; dies mali sint, vos tñ nolite eē ipru dētes, sed intelligētēs quæ sit voluntas dei. Quāobrē cōfortamini, & state in fide viril agētēs, ac oia vfa in charitate fiant, & scdm̄ sanctū Euangeliū. In patiētia vra possidebitis anias vras. Recordamini quoq; sanctos Apostolos & pphetas, & qā multū laborauerunt in dño, ideo adepti sunt p̄mia sempiterna. Scitote etiā qm̄ iuxta Psalmistæ vocē: Multę tribulatōēs iustorū & de oibus his liberavit eos dñs, Quapropter filij charissimi, hortamur vos & depcamur, vt crebris ofonū vraz p̄cibus deū exoretis vt liberemur nos & vos iuxta dictū Apfī ab importunis & malis hoibus qā non oim̄ ē fides. Flagitate etiā, vt deus & dñs nri qui ē refugiu pauperū, & spes humiliū, sanctam suā Ecclesiā p̄cioso videlicet sanguine suo redemptā, & nos q eandē sanctā Ecclesiā docere, regere, portare, & tueri debemus de p̄dictis opp̄sionibus, & tērationibus huius seculi nequā, atq; de oibus necessitatibus nris misericorditer eruat, vt sermo dei currat, & glorificet gloriosum Euangeliū dñi nri Iesu Chri, & grā eius in nobis vacua nō fiat, ne sine fructu Euangeliij (qd' abfit) sterile in conspectu dei appareamus, & vacui filiorū filiazq; numero reuertamur, nec de abscondito talento dño veniēte rei eē iudicemur, ista em̄ semp inuidet fatan. Et idcirco tales aduersum nos suscitāt, q nos p̄mant, & suffocēt, vt dñi oues absq; nobis rapiat, & in ima non existētibus pastoribus q nos custodiant, & defendant ruere faciat. Vos igit p viribus laborate & orate atq; vigilate, ne hæc fiant sciētēs nos semp paratos eē in oibus quibuscunq; dñs posse dederit modis vobis opem ferre, licet nos ab ipfis æmulis sanctæ dei Ecclesiæ, & nris nos simus excepti, & tribulatōēs cordis nri, p nra & vra tribulatōe siue ouiu nobis commissaz ad modum sint dilatata. Vos quoq; obsecramus, vt iniunctum vobis à domino famulatum non negligatis, & omnes opp̄sios, & cunctos dei seruos atq; generalit omnes Christianos put dominus posse dederit, adiuuare studeatis, vt aī tribunal Christi mercedē habeatis ppetuā. Et scitote quod memoria vri corā deo ē assidue. Nam quæ admodū dolētēs cognoscimus vos ab iniqs, & scelestis hoibus obturbari, ita continuo vobis compatimur deū orātes p liberatōe ac subleuatōe vraz afflictōis, q vobis (vñ grauius angimur) ab iniqs in dies irrogat, & aī corpora Apostolorū p vobis p̄ces fiunt quotidie, vt & vos liberemini ab importunis & malis hoibus dñi auxilio, & oues vobis commissæ ad pasua æternæ vitę vna vobiscū pueniāt sempiterna. Vnitatē & cōionē dilectōis vraz valentē atq; pficientē in salutē omniū populorū creator omnium dominus omnipotens memorem nostri æternaliter custodiat, amen. Data Nonas Aprilis Valeriano & Gallicano, IIII. cc. concess.

Epūs